

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)

Tab. XVI. ferat, facile tamen ex adiecta nota temporis apparet, illum ad eundem pertinere.

In Styria quoque percussum autumamus; eo quod tessera nomenque eius provinciæ primum in averfa parte locum occupet. Denique notandum: MAXIMILIANUM cum in hac, tum in sequentibus duabus monetis, nec non in ea, quæ num. LXII. depingitur, *Archiducem* non solum *Austria*, sed & *Stirie*, *Carinthia*, & *Tyrolis* nuncupari; quod quidem quoad *Styria*, *Carinthia*que provincias, ex mente FRIDERICI III. est, (a), qui hanc Principibus Austriae prærogativam dedit: fecus vero, quoad *Tyrolim*, quæ hodieque *Comitatus*, etsi subinde Principali dignitate aucti, nomine venit, cuius rei causam in medio relinquimus. Interim ex hac perigraphe confirmatur, quod de titulo *Archiducis* ad num. LII. dictum est. *M. Imp. ar. pond. 1. denar.*

LVIII.

Sequens nummus nihil differt a præcedenti, nisi in nota temporis, quæ annum M.D.X.III. indicat. Legitur tamen STIRIE. & TIROLI. In antica infra sigla per coniunctas litteras HR. vel HB. expressa videtur, ut in moneta subsequenti: quæ Hartbergam *Styria* urbem monetalem indicant.

TOM. II. P. I.

(*) Vid. eius diploma apud KULPISIUM pag. 7. ibi: *Wir wollen --- das die bemelten Fürsten unsers Haus Oesterreich, --- die die Fürstenthumb Steyer, Kernäthen und Krainie zu Zeiten innhaben und regieren vverden, nu hinfir Erzhertzogen ge-*

LIX.

MAXIMILIANUS I.

Hæc quoque moneta cum prioribus duabus in omnibus convenit, una excepta nota chronologica, quæ annum M. D. XV. prodit. In recens avertis Grossorum scriniis, (b) similem subinde reperi typum anno insequenti M. D. XVI. signatum, sed in perigraphe averfæ legitur: THIROLIS.

LX.

Scuta iugata *Austria* & *Tyrolis* superimposita æra Christi: 1516. Perigraphe: MAXIMILIANVS. D. ei G. ratia, quæ in averfa sic continuatur:

ARCHIDVX. AV. *stria*. ubi in hoc ultimo vocabulo littera v. per errorem monetarii inverfa est. Umbo continet clypeum *Carinthia*, galero Ducali tectum.

Similem fere typum habes apud Adamum BERG (c), sed cum æra Christi 1515. Auctor loculamenti II. Grossorum (d) alium similem fere adducit nummum de anno 1517. in postica symbolum *Carinthia* inversum est, & epigraphe ita habet: ARCHIDVX. CARINTHIA. *M. Gottovic. in ar. pond. 1. denar.*

LXI.

MAXIMILIANUS IMPERATOR CAESAR PIVS. Caput Cæsaris ad lævam conversum, corona aperta tectum, ad pectus cum lorica.

G DVCA-
nennt, und geheissen --- solen vverden.

- (b) Loculamento II. pag. 32. Tab. I. num. 8.
- (c) loc. cit. fol. 6. averfa pag. 161. Halbe Bazzen.
- (d) pag. 32. Tab. I. num. 9.

MAXI-
MILIA-
NUS I.

DUCATUS. CARINTANVS.
1517. Scutum quadripartitum.
I. quadrans *Carinthia*. II. *Austria*.
III. *Styria*. IV. *Tyrolis* insignia
præbent.

Mirari subit titulos harumce
monetarum ita variare, ut *Ca-
rinthia* modo *Ducatus*, modo
Archiducatus nomine insignia-
tur. Verum, quæ provincia
Archiducatus titulo gaudet, per
eminentiam *Ducatus* est. Adeo-
que error, si quis est, par-
vi ducendus. *M. Imp. au. I.
ducat.*

LXII.

Scutum Austriacum novum
corona, ut videtur, radiata &
arcuata tectum. Adduntur
hinc inde in area siglæ w. & h,
& in ima nummi parte parmula
civium Vindobonensium; quæ
nummum Viennæ cusum fuif-
se arguunt.

Epigraphe posticæ partis vo-
cabulum *Tyrolis*, recte exara-
tum continet. Reliqua concor-
dant cum moneta *Carinthiæ*,
superius num. LIX. in medium
adducta: *M. S. B.*

LXIII.

Protome MAXIMILIANI ar-
mata, ad medium corpus, dex-
tra sceptrum, sin. capulum gla-
dii bellatoris, quo præcinctus
est, tangentis, capite pileo Ar-
chiducali operto, & ad levam
converso. Perigraphe: † MO-
NETA. ARCHIDVC. atus AV-
STRIE. & in averfa:

† AC. COMITATVS. TIROLIS.
quatuor parmulæ scutarie in

(a) Loculam. II. p. 21. Tab. I. num. 6.

decussim positæ, quæ exhibent Tab. XVI.
insignia *Hungariæ* coronata,
Austria, *Burgundia* & *Tyrolis*.

Typus huius monetae, se-
cundum HANTHALERUM, si-
milis illi, quæ iussu FRIDERICI
Cæsaris, patris MAXIMILIANI
percussa fertur. Utraque ex
persona Archiducum, quam-
quam Romanorum iam Impera-
tores erant; cavebant nimirum
per id temporis (ut aiunt) Ar-
chiduces, ne comitatus Tyro-
lensis a Domo Austriaca avel-
leretur. Causam huius rei
pluribus exponit laudatus HAN-
THALERUS. Ac ego quidem
hac in parte cum Cl. Auctore
Supplementi I. ad recens aper-
ta scrinia *Grossorum* facio, qui
ibidem pag. 95. censet: num-
mum hunc non FRIDERICO
Placido, sed eius filio MAXI-
MILIANO I. Archiduci tribuen-
dum esse. Adducit subinde ci-
tatus auctor (a) grossum simi-
lis fere typi, quem in Tyroli
intra annum 1490. & 1493.
cusum MAXIMILIANO Archidu-
ci vindicat. Adiungit pariter
(b). grossum MAXIMILIANI,
in cuius averfa conspicitur cly-
peus *Carinthiæ*, pileo Archidu-
cali tectus, cum epigraphe:
ARCHIDVX CARINT.hiæ Aver-
fa præbet insignia *Goritiæ* impo-
sita casside coronata, supra
quam eminet pileus turbinatus,
pennis pavoninis cristatus, cum
epigraphe: COMITATVS GORI-
CIE 1512. notatque diligens
Auctor: similem inveniri ty-
pum de anno 1518. Prioris
delineationem in supplementis
nostris num. 28. reperies.
H.

(b) ibid. pag. 30. Tab. I. num. 7.

Tab. XVI. *H.VV.m. in frontispicio. num. 14. cum expositione. pag. 17.*

LXIV. & LXV.

Scutum *Austriæ* novum in trifolio, additis igniariis binis, ex torque Ordinis aurei velleris desumptis, superimposita sigla M. qua nomen MAXIMILIANI indicari arbitror.

Alter obolus priori fere similis, sed pro igniariis, frondes ac ductus in ornatu habet. HANTH. *loc. cit.*

LXVI.

Agmen monetarum MAXIMILIANI Cæsaris claudit obolus cupreus, ipso emortuali Imperatoris anno cufus.

Scutum *Austriæ* superimposita nota chronologica 1519. In postica parte decussatio cum quatuor ignitabulis, quæ ex insignibus Ordinis aurei velleris sunt deprompta.

Similem figuram, dorsuali equi, quo Cæsar vehitur, impressam, vidimus supra n. XXV. p. 30. unde, quamvis nummus ultimo MAXIMILIANI, ac

primo CAROLI V. anno cufus MAXIMILIANUS I. sit, adeoque ex adiecta nota temporis haud appareat, cuiusnam adscribendus veniat: ad illum tamen potius, quam ad hunc pertinere, ob figuræ similitudinem, censeo. *M.S.B.*

CUNIGUNDÆ MAX. I. SORORIS

AC

DUCIS BAVARIÆ NUMMUS ICONICUS.

LXVII.

CUNIGUNDIS* ALBERTI* BAVARIÆ* DUCIS* VX* or. Pro tome CUNIGUNDÆ cum stola & palliolo, capite vitta & caliptra tecto, & ad lavam converso.

CUNIGUNDA seu CUNEGUNDIS MAXIMILIANI I. Imp. soror ALBERTO IV. Bavariæ Duci nupserat anno 1487. post cuius obitum, anno 1508. cænobium sanctimonialium Ordinis S. FRANCISCI ingressa est, & in eo singularem quamdam sanctitatis famam consecuta, anno 1520. obiit, referente LAMBECIO (a). *T. H.*

a

PHILIPPUS PULCHER
REX HISPANIÆ.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

Ad Tab. XVI.

PHILIPPUS MAXIMILIANI ex MARIA *Burgundica* filius (74. 75.) die XXIII. Junii anno 1478. Brugis Flandrorum huic mundo datus est. Ab insigni corporis orisque venustate (71. 72. 75.) *Pulchri* cognomentum accepit.

Defuncta anno 1482. XVI. Martii matre, patrem quidem tutorem accepit; at Brabantinis Flandrisque sese opponentibus,

TOM. II. P. I.

G 2

bellum-

(*) Comment. de Bib. Caf. L. II. c. 8. p. 711.

PHILIPP. bellumque civile moventibus, anno 1485. res eo tandem con- Tab. XVI.
 AUST. venit, ut Princeps in Belgio educaretur, imperataque communi,
 MAXI- id est patris tutoris, filiique nomine expedirentur. Quare &
 MILIA- nummi communi nomine (supra num. 15.) ad annum usque
 NI. FIL. 1494. signati sunt, post quem annos tutelæ egressus, sui ipsius
 solum auctoritate monetam conflare iussit (69.)

Anno 1496. XXI. Augusti cum JOANNA (70. 76. 77.)
 FERDINANDI *Catholici* filia altera, matrimonio iunctus, regnum
 Arragoniæ, itemque Castellæ & Legionis (71-75.), atque adeo
 universam Monarchiam Hispanicam sibi posterisque, ita dispo-
 nente Divina providentia, asseruit. Verum anno 1506. arden-
 ti febre correptus Burgis, veteris Castiliæ, in ipso flore ætatis
 xxv. Sept. mortem immaturam oppetiit.

Ob modicum vitæ eius, ac regiminis tempus, pauci ad nos
 pervenerunt nummi. In iis præter suam, (73. 74.) etiam
 uxoris nonnunquam effigiem (70.) exprimi curavit. Observa-
 mus quoque S. MICHAELIS Archangeli, nec non S. PHILIPPI
 Apostoli imagines (69) unde certo pecuniarum generi *Philippi-*
norum nomen inditum fuisse creditur. Ad hæc insignia quoque
 provinciarum, hereditatis (69.) aut connubii iure (70. 74.)
 ad ipsum pertinentium, more solito exhibentur.

Denique singularem huius Principis erga Deum verbumque
 ipsius pietatem ac reverentiam, tot egregiæ piæque sententiæ,
 maximam partem ex Sacra Scriptura desumptæ, nummisque im-
 pressæ (69.), palam faciunt. *Conf. STRUV. loc. cit. KOEHLER.*
m. b. l. P. III. pag. 1. aliosque.

LXVIII.

PHILIPPUS Archidux Au-
 striæ & Dux Burgundiæ arma-
 tus, equo phalerato insidens,
 & quasi ad pugnam properans,
 casside cristata tectus, dextra
 strictum gladium ad ictum ten-
 tat, sin. clypeo quadripartito
 se obtegit, cuius I. quadrans
Austria recentioris. II. *Burgun-*
diæ recentioris. III. *Burgundia*
veteris. IV. *Brabantie* insignia
 contemplanda sistit: *parmula*
Flandrica reliquis imposita. Ad
 latus sinistrum scutum *Austriæ*
veteris, Archiducali pileo oper-
 tum visitur, in imo vertagus
 currens.

Etsi nulla alia in hoc numif-
 mate sit inscriptio, quam ge-
 minatæ & invicem nexæ litteræ:
 P. P. in stragula equi; dubium
 tamen non est, quin id ad
 PHILIPPUM Austriacum perti-
 neat; nam *Olivarius VREDIUS*
 exhibet sigillum maius (a),
 quo PHILIPPUS Archidux JO-
 ANNE *Arragonica* desponsus, in
 sanctiore suo consilio anno
 1496. usus est, typo nostro in
 omnibus persimile, ut mihi vix
 dubium sit, nummum hunc ad
 sigilli exemplar, omiſſa peri-
 graphe, conflatum fuisse. De-
 scriptionem quoque clypei,
 quam supra dedimus ex CHIF-
 FLE-

(a) De Sigill. Comit. Fland. pag. 130.

Tab. XVI. FLETIO, ibidem reperies. *M. Imp. ar. fus. pond. i. unc. & semis.*

LXIX.

PHILIPPVS. DEI. GR. A. TIA ARCHID. UX AVS. TRIÆ. DVX. BURG. undiæ BRABANTIA COMES HOL. landiæ. si tamen de perigraphæ, quam LUCKII chalcographus male delineavit, bene divinavi. Crux in lilia deficiens, in cuius angulis coronæ & lilia observantur.

S ANCTE PHILIPPE INTERCEDE. PRO NOBIS. S. PHILIPPUS Ap. pallio indutus, cum nimbo in capite, adversa fronte stans, dex. baculum, cruce instructum, tenens: sin. quasi inscriptam schedulam gestans, simul ante se clypeum sustinet, pileo Archiducum tectum, symbolisque *Austriæ, Burgundiæ, Brabantia, & Flandriæ* insignitum.

LUCKIUS nummum hunc in numerum eorum reponit, qui anno 1505. durante bello contra CAROLUM Geldriæ Ducem suscepto cusi sunt; at cum huius rei nullum in nummo adfit vestigium, res valde incerta videtur; quin, cum litteræ ad Gothicas seu Monachorum, quas vocant, quam proxime accedant, plane inde arguitur, nummum anno 1505. multo superiorem esse; cum litteris Gothicis Romanæ successerint. De cætero ex hoc nummo forte nomen *Philippinorum.* quod iis ab impressa icone S. PHILIPPI & scuto PHILIPPI *Austriaci* inditum fuit, suam trahit originem: quod doctissimis Bel-

(a) Loculamento III. p. 83. Tab. V. n. 40:

gis atque Hispanis discutiendum PHILIPP. AUST. MAXIMILIANI FIL. relinquo.

Duo alios subinde reperi nummos PHILIPPI, cufos ante numptias cum JOHANNA celebratas, in scriniis grossorum recens apertis, quorum delineationes in supplementa nostra retuli Tab. XLIX. num. XXIX. & XXX. (a).

Adversa prioris exhibet caput PHILIPPI Archiducis diademate ornatum, absque epigraphæ.

Aversa imaginem S. MICHAELIS Archangeli præbet, lancea draconem necantis, & sin. scutum, signo crucis instructum, tenentis. Recte docet Cl. Auctor, nummum hunc oblongum Bruxellis in honorem Archiducis PHILIPPI cufum fuisse.

Alterius vero (b) utraque pars huiusmodi est: PHS (*Philippus*) D. EI. G. RATIA ARCHID. UX AVST. RIÆ ET. CO. MES FL. ANDRIÆ. Scutum quadripartitum cruci superimpositum, litteræ SI supra, & VS infra positæ, nomen loci SLVS seu *sluis*, officinæ monetariæ efformant. I. & IV. quadrans *Austriæ*, & *Burgundiæ* novæ tesseras continent. II. & III. repetita *Burgundiæ* veteris & *Brabantia* insignia complectuntur. Parmula media *Flandriæ* leonem refert.

In aversa Castellum, sex turribus instructum, exhibetur, addita perigraphæ: † AB INIMICIS MEIS LIBERA ME DOMINE. 1492. qui versus ex Psalmo 59. desumptus est. Alios subinde contextus ex sacris litteris

G 3 in (b) Loculam. II. p. 109. Tab. VII. n. 60.

PHILIPP. in suos nummos adscivit PHILIPPUS, uti & cætera egregia
AUST. LIPPUS, uti & cætera egregia
MAXI- lemmana, quæ laudatus Editor
MILIA- hoc ordine adducit: SIT NO-
NI L. FIL. MEN DOMINI BENEDICTUM. A-
MEN. *Job.* I. v. 21. INVOCA-
VI DEUM ADIUTOREM MEUM.
Psal. 3. v. 5. CUSTODI NOS
DOMINE. *Psal.* 16. v. 1. SAL-
VVM FAC POPVLVM TVVM DO-
MINE. *Item:* BENEDIC HERE-
DITATI TVÆ. *Psal.* 28. v. 9.
SPES MEA ALTISSIMVS. *Psal.* 62.
v. 6. BENEDIC ANIMA MEA
DOMINVM. *Psal.* 103. v. 1.
INITIVM SAPIENTIÆ TIMOR
DOMINI. *Psal.* III. v. 10. OM-
NIS SPIRITVS LAVDET DOMI-
NVM. *Psal.* 150. v. 6. EQVA
(pro *æqua*) LIBRA DEO GRATA.
Prov. 16. v. 11. In non nul-
lis pro *libra* legitur: *libertas*.
DILIGITE IVSTITIAM. QVI IV-
DICAIS TERRAM. *Sap.* I. v. 1.
IN NOMINE JESV CHRISTI. *Act.*
3. v. 6. FIAT PAX IN VIR-
TVTE TVA. DEVM PLVS AMA,
QVAM ARGENTVM. REFORMA-
TIO GVERRE PAX EST. LUCK.
p. 10. *Æ G. C. loc. cit.*

LXX.

PHLS: (*Philippus*) DEI:
GRAT. *ia* HISPANIAR. *um* REX.
Effigies PHILIPPI & JOHANNÆ
uxoris eius, capitibus corona-
tis, seque invicem respicienti-
bus.

DVCATVS. ORDI. *num* TRAN-
SISS. *alania* & VAL. *lisoleti* HI-
SPANIE. Scutum coronatum
regnorum *Hispaniarum*, sim-
plex aquila sustinet. Illud in
quadrantes dispertitum: I. &
IV. quadrans maior, rursus

(a) *Rer. Belg.* I. VI. p. 269.

eo modo partitus; I. & 4. Tab. XVI.
Castella & *Legione* in quadran-
tes divisus, 2. & 3. *Arragonie*
& *Sicilie* symbolis exaratus. Ex
quibus clarescit, nummum hunc
aureum iussu Ordinum Tran-
sissalaniae, & Vallisoletanorum
cufum fuisse: forte eo tempo-
re, quo PHILIPPUS regimen
Castiliae adiit, qua de re *Pon-*
tus HEUTERUS (a) videri po-
test. Quæ enim ex Regis man-
dato percussa sunt numismata,
præter modo dicta insignia, con-
tinebant cum tesseris, in præ-
cedenti nummo descriptis, sym-
bola *Tyrolis* & in imo *Granata*.

Alium porro nummum, in
quo tituli & insignia PHILIPPI
& JOHANNÆ iunctim compa-
rent, subministrant *Grossorum*
serinia recens aperta (b). Eius
delineationem referimus in sup-
plementis Tab. XLIX. num.
XXXI.

PHS (*Philippus*) z (*Æ*) IO-
HANNA DEI GRA. *ia* REX. RE-
G. *ina*. Scutum quadripartitum
coronatum. I. & IV. quadrans
Castilia & *Arragonie* insignia
exhibent. II. & III. quadrans
iterum quadripartitus. I. conti-
net tesseram *Austrie*. II. *Bur-*
gundia nova. III. vetus *Bur-*
gundia scutum. IV. *Brabantie*.
Parmula media a summo bipar-
tita, ad dexteram Leonem
Flandrie, ad sinistram *Tyrolen-*
sem aquilam exhibet.

CASTELIE LEGIONIS z (*Æ*)
ARCHIDYX. AVSTRIE. CRUX
Burgundica S. ANDREÆ, in cu-
ius medio ignitabulum compa-
ret, a quo vellus aureum pen-
det. Illam stipant tria scuta

CORO-

(b) *Loculam.* III. p. 81, Tab. V. n. 39.

Tab. XVI. coronata. Quod in superiori est angulo, insignia præbet regni *Castiliæ*, a dextris *Legionis*, & a sinistris *Granatæ*. *M. Imp. in au. pond. 2. duc. & G. C. loc. cit.*

LXXI.

Protome Regis, aduersa fronte, paullulum ad dextram reclinata, in toga cum pallio & torque aurei velleris, ad pectus descendente, & pileo in capite, addita perigraphæ: PHILIPVS DEI GRATIA REX CASTELIÆ EC3 (id est: *et cetera*) ARCHI DVX AVSTRIÆ ECT (*et cetera*.)

In altera parte Fortuna velo, ventis turgido, instructa, globo terraqueo, conchæ immisso, inter medios fluctus insistit, adiecto lemmate: VIRTUTE. ET. CONSTANTIA. & in area a dextris æra Christi 1502. non excusa, sed incisa.

Primam huius nummi partem HERÆUS quoque in suas tabulas retulit, sed posticam non addidit: hæc symbolum, quod PHILIPPUS ex persona Regis adsumpsit, complectitur.

Aliud quoque symbolum adhibuit, cum lemmate: ILLA IMMOTA MANET (a). Symbolum vero, quo in nummis & sigillis frequentius fuit usus, sequens numisma docebit. *M. Imp. in ar. cus. pond. 1. unc.*

LXXII.

PHILIPPVS I. HISP. ANIARUM REX. Protome PHILIPPI armata cum sceptro in dextra, &

(a) Catal. numm. Holland. p. 2.
(b) Syll. num. pag. 10.
(c) M. B. L. P. III. pag. 1.

corona in capite, non nihil ad lævam conuerso.

In auersa eques cataphractus & casside cristata ornatus, in hippodromo decurrens hastam attollit, quasi ad certamen provocans, addito in ambitu lemmate: QVI VOLET. Equus stragulatus & pennis pavoninis, quales & in summitate galeæ, quam eques gestat, apparent: ante & retro complementi loco, tesseras ex insigni Ordinis aurei velleris, crucem Burgundicam cum ignitabulis & flammis pro ornatu habet.

Primam huius numismatis partem exhibet LUCKIUS (b), KOEHLERUS utramque (c). Ille cusum id fuisse asserit anno 1505. quo PHILIPPUS Geldriam repetiturus, Arnemium de ditione occupavit. Sed perperam: hic vero recte docet, numisma hoc esse symbolicum; PHILIPPUS namque pro symbolo assumpsit illud lemma: *Qui volet*, quo se ad certamen, cum quovis hoste ineundum, semper paratum significabat, quodque & in sigillis iam anno 1500. per verba: QVI VOVEDRA, in stragulo equi exprimi iussit (d). *M. Imp. ex ar. cus. pond. 4. unc.*

LXXIII.

Imago PHILIPPI cataphractus ad medium corpus, dextra capulum gladii bellatoris, quo præcinctus est, tangentis, sinistra pectori admota. Caput corona radiata conspicuum non nihil ad lævam respicit: additur

(d) Oliv. VRED. de Sigill. Com. Fland. pag. 135.

PHILIPP.
AUST.
MAXI-
MILIA-
NI I. FIL.

b
c

d

PHILIPP. perigraphe, de qua ad num.
AUST. sequentem videbimus. Aver-
MAXI- sa pars cum precedenti in om-
MILIA- nibus congruit, nisi quod hic
NI I. FIL. eques non in hippodromo, sed
Tab. XVI. in patenti & aperto campo de-
currat.

Typus hic totus quantus ex
LUCKIO pag. 10. descriptus est:
eius adversa pars ex sequentis
nummi modulo, typo a chal-
cographo solummodo inverso,
ut cum plerisque apud eundem
auctorem nummis factum fuisse
observavimus, desumpta videtur.

LXXIV.

Adversa pars cum precedenti
convenit, nisi quod figura dex-
trorsum, ut iam monui, con-
vertatur. Est etiam leve dis-
crimen in litteris inscriptionis,
quæ cum perigraphe partis aver-
sæ hunc in modum iungenda est:

PHILIPVS (in nummo præce-
denti legitur PHILIPPVS) D. ei
G. ratia CASTELLE LEGI. omis
ETC atera REX AR. chi D: ux AVS:
stria D: ux BVR: gundia FIL. ius
MAXIMI: liani I ROM: anorum
IMP eratoris.

Scutum coronatum continens
symbola Regum Hispaniarum,
quadrantibus dispertita, additis
tesseris, quibus PHILIPPUS ad-
huc Archidux usus est, *Austria*
nimirum, *Burgundia* veteris &
recentioris, *Flandria* & *Tyrolis*.
M. Imp. pond. dimid. unc. i. drach.

LXXV.

Tab. XVII. PHILIPPVS. MAXIMIL: iani FILI-
VS. HISPAN: iarum VTRIVSQ: SICI-
L: iæ ETC. REX. ARCH: idux AVST:
ria 1506.

Effigies PHILIPPI caliptra pel-
licea obteçti, torque aurei vel-

(*) Vid. P. VI. p. 138. lib. sæpe cit.

leris ornati, & ad dextram con-
Tab. XVII. versi, faberrime facta.

Numisma hoc exhibet æram
Christi 1506. qui annus PHI-
LIPPO emortualis erat. Teg-
men capitis eo modo expressum
sistitur, quo pater & avus usi
sunt, sed capilli ingenio suo fle-
xi representantur. *M. Imp. a. sus.*

JOANNA PHILIPPI
AUSTRIACI VIDUA.
LXXVI.

† IOANNA. REGINA. ARAGO-
NVM. VIDUA. PHILIPPI. R. egis.
Protome JOANNÆ capite velato
& ad lævam converso.

Nummum hunc, cuius ecty-
pon HERÆUS in suis quoque
tabulis exhibet, post annum
1506. referimus; quandoqui-
dem JOANNA eodem hoc anno
vidua facta est, cuius status
velum, ut notum est, indici-
um esse solet. *M. Imp. ar. pond.*
dimid. unc.

LXXVII.

Antica huius numismatis pars
cum precedenti in omnibus con-
gruit, nisi quod nomen PHI-
LIPPI hic erronee per BH, &
quidem litteris gothicis, secus
ac in antecedenti, exprimatur.

Postica scutum continet *Ar-*
ragonia coronatum, adiecta æra
Christi 1516. quæ pars eadem
est, ac illa, quam HERÆUS
nummo MARGARITÆ, filia
MAXIMILIANI I. tribuit, ut in-
fra in notis ad primum MAR-
GARITÆ nummum monebimus.
Verum utrosque hos nummos
pro sætu Judæi Pragensis habeo,
qui eo rariores; quod diligentiam
Cl. KOEHLERI effugerint (a).
M. Imp. ar. pond. i. unc.

PRO-